



LECTVRIS.

S.

Incredibilis fere, et stupenda omnino ignorantia eorum, qui artem medicam exerceat, ex ineptis formulis, quas medicorum turba quotidie solet praescribere, late patet, ut dubius anceps haeream, num fuit rudes magis in studio chemico - pharmaceutico, an vero in ipsa artis historia?

Etenim si legissent, quae in melioribus libris iam dudum annotata sunt, non peccarent quotidie in formularum praescriptione, vt tiro trium dierum in officina pharmaceutica derideat horum ineptas formulas. —

A 3

Qua-

Quadrata rotundis adiiciunt saepe, ut lugubre sit omnino fatum aegrotorum, qui rudes homines pro medicis habent.

Quid inceptius mercurii dulcis connubios cum Tamarindarum Pulpa, aut emulsione, quae continet mercurium dulcem? Minime miscenda sunt, quae mixtionem non admittunt, nec aliqua indicatione firma et stabili misceri possunt. Princeps caussa, cur toties contra artis pracepta hallucinari videamus, qui se medicos fungunt, haec esse videtur, quod neglexerint in academiis studiis chimico - pharmaceuticum, nec sciant satis, quae sit indoles medicamentorum chemico - pharmaceuticorum. Non itaque superflius labor videtur toties prima artis nostrae pracepta iterum iterumque inculcare tironibus — e quorum numero non pauci Doctoris, immo Professoris titulo superbiunt —

et si

et si vix locum mereantur in subcelliis eruditissimorum
Professoris, cui curae cordique est, ut supere
discant auditores. Ingens multitudo est phar-
macorum mercurialium. Sunt efficacia, heroi-
ca, summaque prudentia adhibenda. Non
iusto enim tempore data, pessime nocent,
horumque effectus tunc iis perfecte similes, qui
ab assumto veneno solent oriri. Sola enim
dosis, et applicatio, medicamentum a veneno
distinguit, omnium consensu.

Quae in tot libris, varii passim argumen-
ti, passim occurrunt, de praeparatis ex mer-
curio, horumque usu medico, ea omnia sedulo
in epitomen quondam redegi, ut uno intuitu
statim innoteat singulis, quenam sit horum
mixtio et indeles. Sermo fuit in libello primo
et secundo de mercurialium indele, supereft,
ut in libello tertio exponam praecipua, quae

vsum mercurii et mercurialium spediant. Scio;
medicis eruditis et in artis exercitio iam versatis,
haec omnia non esse noua. Sed scopus non
fuit noua scribere, qui nota et notissima, ti-
ronibus et iunioribus medicis nota facere decre-
ui. Aequi iudices meum inferuendi studium
dijudicent ex scopo. Scrib. Cassellis d. XIV.
Augusti 1785. Principis Optimi, qui nobis
hoc otium fecit.

E. G. BALDINGER.

PROGR.